



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa  
Bullam Unigenitus**

**Archidiocèse <Malines>**

**Bruxellis, [1719]**

Exemplar Epistolæ Amplissimi Domini Abbatis Sancti Adriani  
Gerardimontibus, Reformationis Ordinis Sancti Benedicti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40699**

## EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Sancti Adriani Gerardimontibus, Reformationis Ordinis Sancti Benedicti.*

*Excellentissime, ac Illusterrime Domine*

**L**uctuosam Excellentiae Vestrae Epistolam Pastoralem cum summo animi mœrore recepimus, & tanto magis contristati fuimus, quanto amplius audivimus Novatorum, & Ecclesiasticæ pacis, & tranquillitatis Perturbatorum contumaciam indiès crescere, ut etiam Summo Pontifici, Iesu Christi Vicario obedientiam non solùm recusent, sed etiam contumaciter resistant. Nos autem, volentes esse veri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fideles Filii, Constitutioni Unigenitus debitam, & omnimodam obedientiam præstamus, & Epistolam Pastoralem Excellentiae Vestrae gratanter acceptamus, & amplexamur, ac eodem animo cum omni reverentiâ, & respectu subscribimur. Gerardimontibus 21. Novembris 1718. Excellentissime, ac Illusterrime Domine. Excellentiae Vestrae, Humillimi & Obsequentissimi Famuli.

*Adrianus Roelants Abbas Sancti Adriani.*

*F. Vedastus Van Haeghen Prior.*

*F. Augustinus Willaert Supprior.*

*F. Placidus Van Bollaert Senior.*

*F. Æmilianus Dantoing Regens.*

*F. Robertus Noel.*

*F. Leander Cambier.*

*F. Bartholomæus de Hasseler Oeconomus, & Receptor.*

*F. Pe-*

- F. Petrus Devienne.*  
*F. Michael de Neve.*  
*F. Josephus de Temmerman.*  
*F. Philippus Robarts.*  
*F. Jacobus Schellekens Vicarius & Pastor.*  
*F. Franciscus Vander Moesen.*  
*F. Ægidius Vanden Hereweghen.*  
*F. Adrianus Van Huffel.*  
*F. Maurus Eloy.*  
*F. Amandus Coppens.*  
*F. Gregorius Miele.*  
*F. Ambrosius Collage.*  
*F. Joannes d'Henau.*



## EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Eenamensis  
Ordinis Sancti Benedicti.*

*Excellentissime, ac Reverendissime Domine*

**R**Everendissimas Vestras 14. hujus ad Nos das, & omni apud omnes verè Catholicos (præsertim superiores, Pastores, & quoscumque animarum curâ gravatos) veneratione dignissimas lætanter recepi, & in iis videre gavisus fui Excellentiaë Vestraë erga Agnos, & Oves, sibi à supremo omnium Pastore concreditas, amorem, ac sollicitudinem verè Pastoralem. Deus Creator, & Pastor omnium dignetur plentissimis conatibus vestris manum præbere auxiliatricem ac fortem, ut, remotis dissentionum omnium alicubi ad pertinaciâm usque ferventium scopolis, cursum habeant in turbulentio hoc Æquore fluidum, & finem bonorum omnium votis jam diutissimè expetitum, sed (proh dolor) non-